

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Decirculo Illuminationis Terræ.

Cum Luna plena umbram Terræ dimetiatur duplo sesquialtero suæ diametri, acutior erit umbra terræ & longior, umbra Lunæ plenæ: circulus igitur illuminationis propior circulo maximo. Hinc Vitell. pro. 59. decimi, docet inuestigare in hunc ferè modum. Assumit ex astronomicis distantiam Solis à Terra, qualium semidiameter Terræ est pars vna, esse 1210 earundem verò semidiametrum Solis esse $5\frac{1}{2}$. In superiori schemate sit N centrum terræ HR. Tangat recta RQ corpora Solis & Terræ, & in puncta contractuum R. Q perpendiculares ducantur ex centrīs NR. OQ. denique ipsi RQ parallelos ex N agatur NP. secans OQ in P. Cum ergò OQ sit $5\frac{1}{2}$. qualium NR 1. Erit OP talium $4\frac{1}{2}$. & ON 1210. In OPN ergò rectangulo dantur latera OP. ON. quare non latebit angulus ONP. $12'.48''$. Quod si QR continetur, concurret cum ON eodem angulo, determinans umbræ mucronem. Ergò angulus umbræ est $25'.36''$. Et proinde circulus illuminationis terræ secabit circulum maximum per axem illuminationis in $180^\circ.25'.36''$. arcum.

4. De Lunæ Phasibus.

Quomodo iam fiat, vt Luna ex Solis radiis prodiens primum corniculata seu falcata, post bisecta, inde gibba seu amphikyrtos, & denique plena, indeque contrario ordine gibba bisecta falcata appareat, & denique se rursus sub Solis radios condat, satis docuit Reinholdus ex Vitellione, & passim repetunt libelli sphaerici.

Summa apud Vitellionem breuiter hæc est: lib. 4. pro. 65. probat discum Lunæ planum videri necessario (Quod idem & Aristoteles in problematis sectione 15. c. 7.) prop. 66. & 70. minus semiglobo Lunæ videri, & terminum visionis esse circulum: prop 67. Quo propior nobis fiat Luna, hoc videri maiorem, at hoc minus re vera visu comprehendi, quod Vitellio ab Euclidis Opticis est mutuatus.

Iam prop. 74. aggreditur phases ipsas, & primum de Luna
Gg plena